

291.

Die Aebte zu Georgenthal und Dobrilugk schlichteten einen Streit zwischen den Klöstern Altzelle und Marienthron wegen der Obermühle zu Grimma in der Weise, daß letzterem alle durch das Anspannen des Wassers entstandene oder noch entstehende Schäden vergütet werden und daß die höchste zulässige
5 Erhöhung des Wasserstandes durch Anbringung von Mahlzeichen festgesetzt werden soll. 1293 Juli 7.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1430. Die wohlerhaltenen SS. der Aebte von Georgenthal, Dobrilugk, Pforta und Altzelle sowie der Aebtissin von Nimbschen (Taf. I, 10) an Pergamentstreifen.

Nos frater Wicelo in valle sancti Georgii et Hermannus de Dobriluch abbates iudices a generali capitulo constituti omnibus | in perpetuum. Quoniam omnium habere
10 memoriam divinitatis potius quam humanitatis consistit, ne ea, que in constantia | temporis fuerint, pariter cum tempore dilabantur, perhennari solent patrocinio litterarum. Eapropter notum esse volumus tam posteris quam | modernis, quod causa, que inter dominum abbatem et conventum de Cella ex una et dominam abbatissam et conventum sanctimonialium in Throno prope Grimmis ex altera parte vertebatur de constructione
15 molendini superioris in Grimmis, antequam ipsa causa coram nobis ad iudicium deveniret, ex utriusque partis consensu nobis arbitrantibus taliter est sopita, videlicet quod idem prefatus dominus abbas de Cella pro omni dampno, quod ex redundacione aque claustro memorato sanctimonialium predictarum agris pratis molendinis suis et suorum nunc posset vel in posterum poterit evenire, XL marcas argenti currentis monete dedit, quibus
20 quatuor marcarum redditus sanctimoniales prehabite comparabunt. Insuper sepe dictus dominus abbas Cellensis circa ipsius aque alveum notabiles metas ponet, quas non transgredietur antefati molendini retentaculum exaltando. Ut igitur huius compositionis et concordie et nostri arbitratus processus perpetui sortiatur roboris firmitatem, presentem paginam exinde conscriptam sigillorum nostrorum et dominorum abbatum Portensis et
25 Cellensis et domine abbatisse de Grimmis appensionibus censuimus roborari, testibus presentibus et infra scriptis domino Matheo priore fratrum Augustinensium, domino Bertoldo plebano^{a)} civitatis, domino Alberone burehgravio de Liznic, domino Heinrico de Kolditz, domino Heinrico de Trebezin et Herimanno fratre suo, Iohanne Herlindis et Heinrico Rone, Tizechone de Burch et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno domini
30 M̄ C̄ LXXXIII, nonas iulii.

(S.)

(S.)

(S.)

(S.)

(S.)

292.

König Adolf bestätigt dem Kloster Marienthron alle Besitzungen, Freiheiten und Rechte, darunter namentlich den Bergzehnten, und stellt das Kloster unter seinen und des Reiches Schutz.

Naumburg, 1296 Mai 14.

35

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1503. Das wohlerhaltene S. (Heffner Die deutschen Kaiser- und Königssiegel Taf. VII, 63) an Fäden von rother, grüner und gelber Seide.
Gedr.: (Klotzsch u. Grundig) Sammlung verm. Nachrichten 10, 236 ff.
Ann.: Vergl. No. 270. 282 und den Vorbericht.

40

Adolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum. Impensis nobis a deo beneficiis respondemus et graciaram ei referimus actiones, cum loca